

**Rector Universitatis Rostochiensis Joannes Jacobus Döbelius, Med. D. P.P. Poliater ... Ad Exequias Viri ... Dn. Johannis Belovii, Med. D. eiusdemq[ue] ... funus indicit, atq[ue] eundum Exequias, Omnes, omnium Ordinum, Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub Sigillo Rectoris die XVIII. Februarii Anno M. DC. LXIX.]**

Rostochii: Kilius, [1669]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745850170>


Druck Freier  Zugang




Döbel, J. J.,  
in J. Belov.

Rost. 1669.

26.







RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOANNES JACOBUS DÖBELIUS,

Med. D. P. P. Poliater, & Facultatis



suae p. t. DECANUS,

Ad Exequias

VIRI

*Illustissimi, Amplissimi, Experientissimi,  
atque Excellentissimi,*

DN. JOHANNIS  
BELOVII,

Med. D. ejusdemq; in Dorpatensi Univer-  
sitate, ad XIV. Aetatis Annum, Professoris Celeberrimi, post

verò, TRIUMPHANTIORUM DUCUM MOSCOVIÆ,

ARCHIATRI MAGNI,

si nunc indicit,

atq;

eundem Exequias,

Omnes, omnium Ordinum, CIVES ACADEMICOS, eâ, quâ par est,

Authoritate & Humanitate invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



ifestabatur, Q. Fabiô, Maxi-  
mi filio, & Junio Bruto Scævâ  
Cofs., triennio continuo, sævissi-  
mâ quâdam contagione Roma,  
neque ejus finem vel divinâ  
misericordiâ, vel auxiliô ullo  
humanô imponi videbat. Ulti-  
mum tandem refugium, in Sy-  
billinis sibi libris positum, existi-  
mantes Sacerdotes, adibant illos, quærebant, inve-  
niebant, non aliter pristinam recuperari salubritatem  
posse, quàm si ex Epidauro ÆSCULAPIUS esset accer-  
situs. Magnus Artaxerxes, qui Regum Regem vendi-  
tare se non verebatur, postquam similem quandam  
in Exercitu suo luem deprehenderet, sequentia, ad  
Prætum Medicum, scribere cogebatur. *Morbis, pe-*  
*stilens appellatus, invasit exercitus nostros, & cum nos sæ-*  
*pè multa fecerimus, nihil adhuc remisit. Multa anxie-*  
*tas populum corripuit, quæ spiritum magnum ac densum*  
*habet, non belligerantes debellamur, cum hostem habeamus*  
*bestiam illam, ovilia devastantem. Sauciavit multos, agrè*

ROSTOCKER UNIVERSITÄT  
CURA

curabiles fecit; amara spicula immittit. Consilii inop sum: non amplius habeo, quod cum viris, Natura prudentibus, consultem. Quare magnopere te, & per omnia tibi à me data dona rogo, ut, aut aliquid ex natura tuâ excogitatum, aut aliquam ex arte actionem, aut aliquod, alterius Viri, medici potentis, consilium, celerrimè ad Nos mittas. Propulsa, oro, hoc malum, neque nos bono tuo consilio destitutos relinque. Sed nullum, apud Pætum adversum istam quidem luem, Consilium reperiendum erat, præter Unum hocce, ab HIPPOCRATE petendum esse, quicquid tanto sufficeret morbo de bellando. Eum itaq; in finem ad Hystanem, Hellepontii Præfectū, sequentia MONARCHA continuabar: Hippocratis, Medici Coi, ab Æsculapio originem ducentis, gloria artis etiam ad me pervenit. Dato igitur ipsi auri, quantum voluerit, & reliqua abundè, quibus opus habet; & ipsum ad nos mitto: Nam, Optimatibus Persarum aequalis erit. Et si quis alius bonus vir est in Europa, eum domus Regia amicum facito, nihil divitiis parcens. **NON ENIM EST FACILE VIROS INVENIRE, QUI CONSILIO PRÆSTENT.** Democritus, una illa Abderitarum spes, neque sui tantum, sed & nostri seculi gloria magna, cum præ multâ, quæ detinebat ipsum, sapientiâ ægrotare videretur,



atque maximè ob id populares ejus turbati es-  
sent, *adsis*, inter alia, ad Hippocratem scribit,  
Senatus Populusque Abderitarum, *Vir Optime,*  
*curaturus virum insignem.* Non Medicus, sed  
Conditor, sacrationem tota Jonia murum nobis cir-  
cumdabis. Civitatem, non virum curabis, & Senatum  
egrotantem: ipse Legislator, ipse Judex ipse Princeps,  
ipse Servator, & horum artifex advenies. Ob hæc  
te expectamus, ô Hippocrates, atque hæc etiam fient,  
ubi veneris. Una Civitas non ignobilis, inò tota  
Græcia rogat te, serva corpus sapientia, vel potius nos  
per illud serva, & Patria nostra consulturus, citò ad-  
sis. Neque nos contempseris: qui non ita viles su-  
mus; & in nobis testimonium situm est. Ob ipsum  
enim Democritum conservatum, & gloriam, & pe-  
cunias, & doctrinæ famam consequeris. Magnus  
Dux Moscoviæ, totius Russiæ Orientalis pariter,  
ac Occidentalis Gubernator, tot ille terrarum,  
populorumque adfinium Dominus, CZ A A R,  
MICHAEL FEDEROWITZ, etsi omni re-  
rum, quæ in mortalem, & tantum quidem Prin-  
cipem cadere possunt, abundantia afflueret, etsi  
tot Virorū Illustrissimis, Nobilissimisq; tot mili-  
tum millibus, tot variorum hostium debellato-  
ribus egregiis, tot ministris variis, medioxumis,  
maximis stiparetur; non tamen habebat, cui pre-  
tiosif-

tiosissimam sui, post animam, partem concedere possent. In tantâ Virorum Celsissimorum, Generosissimorum, Fortissimorum, Doctissimorum, Clarissimorum coronâ, non dabatur, qui necessitatis, morbive invalescentis tempore, corpori præesse tam potenti possent. Quærebatur ille per universam Russiam, & Moscoviam, ad ipsos usque maris glacialis, aut Asiæ etiam fines. Erant equidem Medici, nomine multi; sed intelligebat prudentissimè SERENISSIMUS PRINCEPS, quod utinam multi intelligerent! majus, morbo ipso, malum esse Medicum imperitum. Sciebat accidere tali, recti scilicet bonique usum non adepto, quod iter facientibus, & rectam viam nescientibus. Sciebat, ejuscemodi homines, ad ægrotantes ingressos, cum deberent ad sanitatē eos reducere, etiā illud parū, quod reliquū est viri-um, sæpè auferre. Et profecto gesit se in tam arduo hocce negotio Dux POTENTISSIMUS, quasi ipsū super eodem Præceptorē, consulisset. Ita ille Η. Præcept. ὁ μὴ ἐξ ἐπιγνώσεως ἐφόδα, ἐκ τῆς πηγαῆς ἀναπλάσι-  
 ρόγῃ, πλάσις βαρύνει καὶ ἀναρῆν ἐπὶ νεγχε ἀγίτησιν ἔτοι ἡ ἀνο-  
 δὴν χειρίζεσι. Τὶ γὰρ ἂν ἦν κακὸν, ἦν πᾶσι δὴ πηχέερα ἐνομιζόντο, οἱ  
 τὸ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς ἐμμεγέροντες; νῦν δὲ πῶς ἀναίτιοισιν  
 ἔσσι τὸ καμνόντων, οὐδέσσιον ἐχὶ κατὰ ἐφαίνετο ἔσσι ἔνοσσειν βίη,  
 αἰ μὴ ξυνηθῶσι τῇ ἔιητῶς ἀπειρή; *Quod non ex dilucida*

perceptione, sed probabili rationis figmento procedit,  
sæpè in gravem atque funestam inducit affectionem.  
Hi vero in viam viam ingrediuntur: Quid enim  
esset mali, si tantùm pecunias auferrent, qui Medi-  
cinæ opera malè administrant? nunc verò extra cul-  
pam positis agrotis, quasi haut sufficere videretur agros-  
tandi vis, nisi accederet Medici imperitia, magnum  
se se exhibent malum. Dorpati tandem repe-  
riebatur, cui iusta CIVES ACADEMICI hodie  
paramus, Vir Nobilissimus, Amplissimus, Ex-  
cellentissimus, atque Experientissimus DN. JO-  
HANNES BELOVIUS, cujus, ex ar-  
te Medicâ, gloriam partam, cum sola non ca-  
peret Livonia, in ipso tandem, Magni Moscoviæ  
Ducis, palatio magno eadem erat celebranda.  
Quot Clementissimæ rùm ad BELOVIUM literæ  
exarabantur? Vidi ego, Amicorum desidera-  
tissime, & his ipsis oculis meis legi, non tantùm  
quibus in terram illam, lactis mellisque dulcedi-  
ne fluentem, summâ cum existimatione tuâ es  
inviratus: sed &, quibus abituris ex eadem,  
totius pene Europæ Regibus & Principibus, gra-  
tiosissimè es commendatus: legi, quibus clemen-  
tissimè, & paternè penè, sed, quod grandiori  
jam senectâ, &, molesto illi itineri sustinendo,  
impare premereris, nequicquam, ab ejusdem  
Sere-

Serenitatis filio CZAAR ALEXI MICHAELO-  
WITZ, es revocatus. Omnes hæ prolixissimo  
testantur affectu, quantum positum sit in Medi-  
co bono, quamq; verum sit, quod Oceanus iste  
eruditionis, peritissimusq; rerum humanarum.  
Vares scribit:

Ἰητροῦς ἀνὴρ πολλῶν ἀντιθέτων ἀλλων

*Vir Medicus, siquidem multis virtutibus unus,  
prævalet ante alios multos.*

Vidi ego, & miratus sum aliquoties, quantum,  
tantus ille terrarum Dominus, in te spei collocâ-  
ret, Illustrissimo suo, clementissimè, exemplo Sy-  
racidæ, illud probaturus: *Honora Medicum pro-  
pter necessitatem, quia Altissimus illum creavit.* Ea-  
dem tibi, hæc in parte, quæ Cratoni, felicitas  
obtrigit. Ille ad supremum artis Medicæ fastigi-  
um euectus, in Ferdinandi I<sup>mi</sup>, Maximiliani II<sup>di</sup>,  
& Rudolphi II<sup>di</sup>, Imperatorum invictissimorum,  
valerudine tuendâ, præclarissimè meritis est de  
Imperio Romano: Quotiens tu non, Beatissime,  
Senex, Ruthenis simulac Moscis, salutem resti-  
tuisti, quando & Inviictissimo CZAAR MICHAE-  
LI FEDEROWITZ, gloriosissimæ memoriæ,  
& ALEXI MICHAELOWITZ, & ejusdem uni-  
co hæredi, jamjam Imperii sui globum capeffen-  
ti, quibus omnibus juratam fidem dederas, sani-  
tatis

ratis vigorem partim conservasti, partim ex ipsis  
Orbi faucibus eripuisti ? Nullis ad hoc ipsum ver-  
borum lenociniis, aut mellitis quasi adulationum  
globulis, quibus molles & effeminati capiuntur,  
utebaris, sed subsidio Divino fultus, sapientiâq; &  
prudentiâ Medicâ usus, ita perficiebas negotium,  
ut dubitemus meritò, Industriâne sapientior,  
an Prudentia acrior; Ratione solidior, an Ex-  
perientia exercitior; Dexteritate denique  
feliciores, an Felicitate dexterior illud præsta-  
res. Erat in te, quod in Medico requirit  
Præceptor, quò fieri possit *ἡγετὸς φιλόσοφος*:

*doctus eras, fidelis,*

*Suavis homo, facundus, tuo contentus, beatus,  
Scitus, secunda loquens in tempore, commodus, ver-  
bum*

*Paucum, multa tenens antiqua, sepulta, vetusta,  
Qua faciunt mores veteresq; novosq; tenentem,  
Mortarum veterum legum, divomq; hominumq;  
Prudentem, quæ multa loquere, tacereve posses.*

Atque idè etiam factum est, uti disciplina tua  
exaltaret caput tuum, uti muneribus splendidis-  
simis honorareris, uti in conspectu Maximorum  
collaudareris. Pandolphus Malatesta acce-  
sserat aliquando, ad commensandum secum,  
Marchionem Estensem, Johannem Franciscum,  
Man-

Mantuzæ primum Marchionem; Carolum Arim  
nensem, alios. Collocatis jam hisce ad mensam,  
ordine cuique debito, restabat adhuc, digniori  
in loco, honorata quædam sedes, quam cæteri à  
Principe Pandulpho occupatum iri credebant.  
Hic autem, admirantibus omnibus, quos sanita-  
tis dignitas latet, Jacobum Reginum, Physicum  
suum, manibus tractum, eâ in sede magnificè col-  
locabat: *sede*, inquit, *hîc gloriose sanitatis no-*  
*stræ Pater, quem magnifacere, atque sic extollere omnes*  
*deberent: quod enim nobis Regnum est, sanitate va-*  
*cante? Galeno Antoninus Pius, à lethali quo-*  
*dam morbo liberatus, diadema suum dono da-*  
*bat, hisce verbis: Antoninus Imperator Romano-*  
*rum, Galenus morborum. Utrumq; tu es consecu-*  
*tus BELOVI, honorem puta & premia. Ut ut enim à*  
*sorditie vulgi, ejusdemque lucello viliori, maxi-*  
*mè esses alienus: unde jure optimo, quemadmo-*  
*dum tota quidem id testatur Civitas Rostochien-*  
*sis, pro te usurpare posses, quod patrem suum*  
*Medicum Ausonius Poëta canit usurpasse:*

*Obtuli operi cunctis poscentibus artis inemptæ,*

*Officiumq; meum cum pietate fuit:*

Non potuisti tamen declinare munera Maximo-  
rum Virorum, quæ omnia, etsi tacere in præ-  
sentiarum mallet, ne saliva forte an aliis mo-  
veatur, non possum tamen non meminisse præ-

B.

tiosi

tiosi illius, ac singularis monocerotis, Regii  
planè muneris, ab Indorum Regis fratre, ex  
felicissimâ ipsi adhibitâ curâ, tibi nati. Repeto  
etiam nunc mecum, quando, rerum domestica-  
rum componendarum gratiâ, in Patriam cogita-  
bas, neque diutius detineri te à Duce Potentis-  
simo patiebaris, plenissima illa, sub discessu ul-  
timo, Gratosi in te affectus, CLEMENTISSIMI Tui,  
verba, quibus, manu capiti admotâ, nunquam  
intermorituram officiorum meritorumque tuo-  
rum, in Moscoviam, memoriam testabatur. Ante  
biennium & quod excurrit, quàm te Legatus  
ejus, omnium istorum, quasi recentissimè gesto-  
rum, adhuc memor, Hafniæ Danorum sollicita-  
bat, quò secum in Moscoviâ revertereris? quàm  
ille, te comite, gratum se futurum Domino suo  
sperabat? etsi de cætero, non adeò ex voto  
expediret, cujus gratia ad Serenissimorum Da-  
norum Regem missus esset. Minimè verò si-  
lentio hîc est involvendum, illud studium, quo  
non postremâ, à primâ statim juventute, MAG-  
NORUM tibi gratiam conciliasti: etsi idem, apud  
rudiorum plebeculam, impedimento non rarò  
esse soleat, quò minùs in publicum cultores  
ejus producantur. Chymia est, præclarissima  
illa artium, quæ, sub primo tibi studiorum exor-  
dio,

quos

*quos non perferre laboris*

*Suasit, & induxit noctes iudare serenas?*

Postquam enim à Spectatissimo DN. JOHANNE BELOVIO, Cive hujus Urbis quondam integerimo, ejusdemque conjuge dilectissimâ, DN. MARIA HEINS, Parentibus tuis dulcissimis, jactis, hîc Rostochii, solidioris literaturæ fundamentis, ad celeberrimas totius Germaniæ Universitates, tanquam ad uberrimam literarum mercaturam, mittereris; sed neque WITTEBERGÆ, neque LIPSIÆ reperires, vel JENÆ etiam, vel ERFFURDI, aut HELMSTADI denique, quô animum, veritatis, in arte addiscendâ, cupidissimum, ex voto satiare: felicissimo quodam sydere, ipsi Civitati tibi patriæ, natum erat, Nobilissimum illud, artis Machaoniæ, decus, DN. JACOBUS FABRITIUS, tum temporis ejusdem Professor, in hoc Rosetô, Celeberrimus, post verò Sacræ Regiæ Majestatis Daniæ, & Norvegiæ DN. CHRISTIANI IV. felicissimæ recordationis, Archiater & Prælatus Arnhusinus. Huic, solius, post DEUM, Chymix ope, ad summum Medicinæ culmen evecto, Discipulus non deneger eras submitendus. Deprehendebas siquidem curatissimè, quàm, hujus artis præceptis legitimis imbuti, observare unicè possent, in adhibendis ægrotorum medelis, Af-

B 2 nos, cum clepiadæ



elepiadæ illud, CITO, TUTO, JUCUNDE.  
Videbas oculariter, quantam apud ILLU-  
STRISSIMOS NOSTROS, tum temporis,  
gloriam nunquam intercidentem, consequen-  
tur, MYNSICHTIUS, SALA, Chymiatri can-  
didissimi, & si quid aliud Megapolis antehac alue-  
rat Medicorum defæcatorum. Non deterre-  
bant te, vel ignorantium in eandem scommata  
projecta; vel illorum etiam fraudes, qui, nescio  
quibus arcanis, (quemadmodum insulsa sua, atq;  
nugatoria planè figmenta vocitant, verò illo Me-  
dicinæ arcano, ex medendi methòdo profluen-  
te, destituti,) incredulitati hominum imponunt,  
per mortes aliorum, quod Plinius queritur, ex-  
perimenta faciunt, artiumq; omnium splendi-  
dissimam quàm fœdissimè conspurcant. Ignari  
prorsus illi sunt, quod suo jã tempore Hippocra-  
tes Latinus monet: *Medicinam multorum morte  
& salute jam natam esse;* ob atrocem istam  
ignorantiam, cum omni suo secreto, è Republ.  
bene constitutâ, velut à Romanis aliquando fa-  
ctitatum legimus, tantò citius secernendi  
excernendiq;. Tu, Beatissime Senex, ma-  
nuctore Fabritio, difficillimæ quidem, sed &  
jucundissimæ, imò utilissimæ artis operationibus  
certioribus inhærebas, semper illud  
*Olim meminisse juvabit,*  
animo versans, continuoq; ore ruminans, quod

MATTHIOLUS, Botanicus ille Præcellen-  
tissimus, amico suo quasi in aurem dixit, tuque  
ipse non semel mihi sanctissimè confirmasti: ne-  
minem Medicum absolutum esse posse, imò ne medio-  
crem quidem, qui in Chymiâ non sit exercitatus. Ari-  
stoteles certè, Philosophorum Coryphæus, quic-  
quid de Naturâ reliquit posteritati, à nemine un-  
quam accuratè legi, aut intelligi poterit, quam  
Chymico bono. Galenus, ubi de aceto agit, sen-  
tentias conciliaturus, quarum altera acetum esse  
frigidum, altera calidum asserbat, illam tandem  
extollit, quæ acetum vinum esse mortuum de-  
fendebat, quòd caliditatem vini jam perdidisset,  
quin imò in ea tandem prorumpit verba: *Ego pe-  
ricula omnia subeam, si quam machinam aut artem  
invenire queam, sicut in lacte, ita in aceto quoq̃, con-  
trariarum partium separatricem.* Hippocratem,  
Præceptorem nostrum, in Chymiâ exercitatissi-  
mum fuisse, ad eò clarum est, ut profiteri publi-  
cè ausim, genuinos ejusdem libros, sine Chymix  
cognitione accuratâ, à nemine hætenus esse in-  
tellectos: atq̃; idcirco nihil esse miri, si eâ post ha-  
bitâ, tam diversas, imò perversas sæpè potius,  
passi fuerunt interpretationes. Totum itaque  
Chymix studio te consecrabas, atq̃; ita devove-  
bas, uti, Studiosus etiam, eo jam nomine clarus,  
ad Experientissimum DN. JOHANEM EVER-  
TUM,

TUM, Professore & Poliatrium apud Gryphiswaldenses, tum temporis, Clarissimum, voceris, demonstrationes quasdam rariores eidem exhibiturus. Quæ præterea ibi gesta sint; quam multos, & deploratos quoq; cæterisq; Medicis jam relictos, sanitati pristina restitueris, hic omitto. Restabat ergo ut labori, virtutiq; tanta, præmia aliquando digna conferrentur. Præstabat idem hoc ille, cujus paternum in te affectum toriens expertus eras, cujusq; ductu ad hunc honoris gradum perveneras, laudatus modo DN. JACOBUS FABRITIUS, quando die XVI. Sept. An. M. DC. XXVIII. ætatis autem tuæ XXVII. maximò cum applausu, in Medicinæ Doctorem publicè te renunciaret. Neque verò sola hæc solennia sufficiebant, jungenda simul erat, nuptiis non minus solenni-ribus, & eoque quidem die, splendidissima, virtutumq; sexûs sui ornatissima Virgo, MARGARETHA KIRCHNERIANA, Spectatissimi, Honestissimique DN. NICOLAI KIRCHNERI, Civis & Negotiatoris quondam apud Nos Probatissimi, relicta filia, ex quâ unicam quidem, fateor, filiam ANNAM suscepisti: sed hæc tamen, elocata, primùm quidem Reverendo atque Clarissimo DN. M. MATTHIÆ FELHAWERO, post verò, priori matrimonio, per mortem disrupto, Pl. Rev. Amplissimo atque Clarissimo DN. JUSTO VALENTINO Steman/SS. Theol. L<sup>to</sup>, utroque, Sacræ Regiæ Majestatis Daniæ & Norvegiæ, in Arce Croneburgensi, Concionatore aulico, Ecclesiæque Germanorum, quæ est Elsingoræ, Pastore fidelissimo, novem te nepotibus scitissimis exhilaravit. Ex priori quidem Conjugio, MARGARETHA & MARIA, ex præsentem, ANNA SOPHIA, ANNA ELISABETHA, SOPHIA HEDWIGA, JOANNE VALENTINO, ELSEBE HEDEVIGA, JOACHIMO DANIELE, & ELSEBE

SEBE DOROTHEA, omnibus per DE Igratiam,  
 si unicam SOPHIAM HEDWIGAM, & JO-  
 ACHIMUM DANIELEM excipias, adhuc vivis.  
 Insignia hæc Doctoralia mox alius insequēbatur honos,  
 quando à Serenissimo & Potentissimo Rege ac Domino,  
 DN. GUSTAVO ADOLPHO, Svecorum, Gothorum  
 & Vandalorum Rege, &c. &c. &c. Gloriosissimæ memo-  
 riæ, ad novellam, quæ Dorpati in Livonia formabatur,  
 Academiam, Medicinæ Professor Publicus, sejusdemque  
 Practicus insignis vocabaris: de quâ Spartâ, cui ad XIV.  
 usq; annum, maximo cum Auditorum, simul ac agrotan-  
 tium commodo præfuit, aliquam multa equidem es-  
 sent proferenda. Unicum saltem hoc notasse liceat,  
 quod non adeo facilè ullum, in te, susceperis corpus cu-  
 randum, nisi animam ejusdem reconciliatam Servatori  
 suo, atq; à peccati sordibus curatam scires. O Exem-  
 plar Medici Christiani, cuius non Medico minùs, quàm  
 agroto prudenti, ante oculos ponendum! Non observa-  
 bas tantum hoc ipso, quæ I. Aphor. i. velut curationis  
 fundamentum ponuntur: *δὲ ἢ ἔ μόνον ἑαυτὸν παρέχειν τὰ  
 δεόντα μίεόντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τὰς παρεόντας.* *Opor-*  
*tet autem non solum seipsum exhibere, quæ decet fatien-*  
*tem, sed etiam agrotum, & adstantes: sed præprimis, cre-*  
*do, attendebas, quàm graviter ASA, Salomonis ex A-*  
*bia abnepos, punitus fuerit, quod in infirmitate suâ, non*  
*quæsiisset DOMINUM, sed magis in Medicorum arte*  
*confusus esset: quam contra Hiskias felicissimè sit resti-*  
*tutus, posteaquam, seriâ cordis contritione, cum inyo-*  
*castet, à quo omnis sanatio procedit. Ex hoc pietatis fon-*  
*te, procul dubio, felicitatis tuæ rivulo, non in universam*  
*tantum Livoniam, unde, velut ad Æsculapium alterum,*  
*ad te confluebant agroti, sed ad ipsum etiam modò lau-*  
*datum*

datum, Magni Moscoviæ Ducis, cui per decennium præ-  
fuiſti, palatium magnum, Anno M DC. XLII, profluxit.  
Sed autem strenuus eras omnium honorum, divitiarumque manda-  
norum contemptor: unde vel conjugis chariſſimæ amore, vel pa-  
trix etiam, nemini non gratiſſimæ gratiâ, omnibus Moscoviæ deliciis  
poſt habitis, denuo ad Nos appellebas: non equidem, quod ſupereraz  
vitæ hic conſumiturus; ſed dictas modo res privatas compoſiturus. At  
ecce inconstantiam rerum humanarum! quando orâ, Rigæ, ſolucâ, ſe-  
cundiffimis, ex opinione tuâ, velis, in Germaniam tendis, deficit Con-  
jux dilectiſſima, valedicit, atq; oculos claudit. O triſtiſſimam acer-  
biſſimamq; conditionem! quæ deliciis fuerat, apud externos, Viro Ju-  
venis, quæ ſolatio erat deſtinata Seniori, in mari moritur, maritumque  
triſtiſſimum linquit. Lugebas BELOVI, modò feliciffime, corpus  
deſideratum, atq; eouſq; lugebas, donec ipſe eidem, quod unicum in  
votis erat, beatiffime jungereris. Mandabat filio Tobias, ut Matre mor-  
tuâ, paterno eandem ſepulchro inferret: tu nullo alio, quam in Ju-  
gulis dilectiſſimæ ſepulchro quieſcere voluiſti. Ecce omnia ex voto!  
Poſtquam enim Gener dilectiſſimus beatiffimum, gloriſſimumq;  
qui die XVII. Decembris erat, anni præteriti, tui, ex hæc ærumnarum  
valle, abitum percepiffet, adest ipſe ille, cum Conjuge chariſſimâ, AN-  
NA tuâ mœſtiſſima, moleſtiſſimo itinere ſuperato, ut

*Caras humus hæc non dividat umbras,*

*Offaq; nec tumulo, nec ſepare contegat urnâ,*


*Sed ſimul, ut junctis veniſtis in æquora fatis.*


Ego vero, qui nunquam non in vitâ tibi junctiſſimus fui, totius hodie  
Academix nomine, frequentiffimos Nos, ad chariſſimam tuam, tui  
deductores ſpondeo: & Vos, CIVES OPTIMI, fidem publicè inter-  
poſitam non patiemini labefactari.

P. P. ſub Sigillo Reſtoris die XVIII. Februarii  
ANNO M. DC. LXIX.

*Conventus fiet in Æde Jacobæâ, hora I<sup>ma</sup>.*















MATTHIOLUS, Botanicus  
tissimus, amico suo quasi in aure  
ipse non semel mihi sanctissime  
*minem Medicum absolutum esse possi-*  
*orem quidem, qui in Chymia non sit e-*  
stoteles certè, Philosophorum Co  
quid de Naturâ reliquit posterita  
quam accuratè legi, aut intelligi p  
Chymico bono. Galenus, ubi de  
tentias conciliaturus, quarum alte  
frigidum, altera calidum assererat  
extollit, quæ acetum vinum eff  
fendebat, quòd caliditatem vini ja  
quin imò in ea tandem prorumpit  
*ricula omnia subeam, si quam machin-*  
*invenire queam, sicut in lacte, ita in a-*  
*trariarum partium separatricem.* H  
Præceptorem nostrum, in Chymi  
simum fuisse, adeò clarum est, ut p  
cè ausim, genuinos ejusdem libros  
cognitione accuratâ, à nemine ha  
tellectos: atq; idcirco nihil esse mir  
bitâ, tam diversas, imò perversa  
passi fuerunt interpretationes.  
Chymix studio te consecrabas, at  
bas, uti, Studiosus etiam, eo jam n  
ad Experientissimum DN. JOHAN

B 3



ellen-  
uque  
ti: ne  
edio-  
Ari-  
quic-  
eun-  
tam,  
sen-  
esse  
dem  
nde-  
ffer,  
yo pe-  
em-  
con-  
m,  
rissi-  
bli-  
mix  
e in-  
ha-  
ius,  
que  
ve-  
rus,  
ER-  
IM,